



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii  
Apostolici, olim Venusinæ, posteà Æsinatis, ac demùm  
Parmensis Ecclesiæ Vicarii Generalis, &c. Formularium  
legale practicum Fori Ecclesiastici**

in quo formulae expeditionum usufrequentium de his, quae pertinent ... ;  
cum appendice plurium constitutionum apostolicarum

Formularii Legalis Practici Fori Ecclesiastici Supplementum - In Quo Non  
Solum Omnes Feré Formulæ, quæ in præcedentibus tribus Libris  
continentur, novis quamplurimis adnotationibus Legalibus Practicis, ac  
Sacrarum Congregationum Responsis roborantur; verùm etiam nonnullæ  
aliæ, quæ ad Operis ...

**Monacellus, Franciscus**

**Venetiis, 1732**

Attestationis lecturæ factæ Cons. Apost.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62442](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62442)

## F O R M U L A

*Attestationis de lectura facta Constit.  
Apost. ad S. Offic. spectan.*

**E**go infra scriptus Superior Conventus N. loci N. fidem facio, sexta feria post octavam Assumptionis B. Mariae Virginis in publica Mensa lectas suis se Constitutiones Apostolicas ad Officium Sanctissimae Inquisitionis spectantes, meque omnes PP. & Religiosos ejusdem Conventus de injuncta observantia caruendem, & decretorum ad Sanctum Officium Inquisitionis de Urbe pertinentium, ad formam praescriptam in decreto hac de re edito iussu san. mem. Urbani VIII. communisse, in quorum, &c. Datum, &c.

Locus ♫ Sigilli.

N. Prior Conventus N.

*Eod. tit.3. form.3. pag.228.*

**127** Num. II. ver. prout est in Beneficiato. Canonicus inquisitus, ad effugiendam carcerationem se absentando à residentia donec expediatur processus, & declarato, quod non sit reus cum rescripto: *Ex balaenarum deductis, vel non molestetur: non perdit fructus Canoniciatus, neque distributiones, Sac. Congreg. Concilii in Gravinen. 24. Julii 1604. in Arianen. 24. Aprilis 1683. in Theatina 19. Novembris 1707. & in Reatina 5. Maii 1708. in qua favore Canonici Petrozzi fuit rescriptum. Deberi usque ad diem obrenti decreti, non molestetur.*

**128** Secus si esset Clerici publicus percusfor, & tanquam Excommunicatus Choro non interesset, nam tunc non posset tempus absentiae computare in tempus vacacionis Canonici à Concilio concessae, nec lucrari redditus Canoniciatus, ut eadem Sac. Congreg. declaravit in alia Reatina 8. Maii 1657.

Canonicus autem in Urbe commorans, si deputetur ab Episcopo suo ad visitandum limina, debentur ei distributiones unius mensis, *Sac. Congreg. Concilii in Vigiliens. 6. Jan. 1682.* si vero Episcopum ad visitandum limina comitasset, tunc distributiones debentur pro toto tempore accessus, mansionis, & recessus, *eadem Sac. Congreg. in Comen. 28. Augusti 1688. lib. 38. Decret. fol. 284.*

*Eod. tit.3. form.6. pag. 233.*

**Num. 5.** Episcopus potest cogere Clericos Beneficiatos ad intercessendum Procescionibus publicis, *Sac. Congreg. in nullius Altamuræ 26. Martii 1678. lib. 30. Decret. fol. 47.* etiam censuris, quamvis non probetur consuetudo accedendi, dummodo censuræ sint communioræ, ferenda sententiae, & in subsidium, eadem *Sac. Congreg. in Surrentina 6. Augusti 1689.* Non potest tamen cogere Canonicos ad intercessendum Procescionis, quæ fit tertia Dominica Mensis, *Sac. Congreg. Conc. in Sarnen. 27. Junii 1705. in responsione ad 7.*

**Num. 7.** Licet PP. Capuccini possint retinere, & processionaliter etiam deferre Imagines S. Antonii Patavini in habitu Capucinorum: non possunt tamen sub eius Imagines ejusdem S. Antonii, vel Sancti Francisci de Assisi depictas, sculptas, vel impressas cum eodem habitu apponere, & retinere inscriptiones indicantes illas esse effigies dictorum Sanctorum cum veriori forma habitus ipsius S. Francisci, sed moniti, debent illas delere, & cancellare, ut jussit *Sac. Congreg. Rit. in Neocastren. 22. Januarii 1707.*

*Eod. tit.3. form.9. pag. 241.*

**Num. 2.** Possessio Canonicatus quod modocunque capta etiam non capitulariter, est manutenebilis, quando capitulum possessionem capi denegat, vel impedit sine justa causa, *Barbos. de Canon. cap. 15. num. 13. Rot. in Leodium. 1654.*